



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Norbertvs Ep. 6. Iunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

in se barbaro Evangelii codicem BONIFACIUS ob-
jecit, qui etsi discissus est, negant tamen ullam li-
terulam eâ plagâ viciatam. Omnia ipsius facta
dictaque admiranda sunt; illud sæpèpiùs repe-
titum, nostra ætas multò veriùs quàm BONIFA-
CIANA audiat; olim Sacerdotes aureos cum li-
gneis calicibus fuisse; nunc aureos esse calices, sed
ligneos Sacerdotes. *Ex vitâ apud Nicol. Serrar.*

*Nemo in Ecclesiâ amplius nocet, quàm qui per-
versè agens nomen vel ordinem sanctitatis vel Sa-
cerdotis habet; delinquentem namque hunc redar-
guere nemo præsumit, & in exemplum culpa vehe-
menter extenditur, quando pro reverentiâ ordinis
peccator honratur. S. Greg. in Pastoral.*

S. NORBERTVS EP. 6. Iunii.

NORBERTVS Dux ejus familiæ, quam Præ-
monstratensem indigitant, summis aulae Im-
peratoris honoribus perfunctus, cum mundo se
abdicaſſet, suorum progressus atque incrementa
ab ipſomet CHRISTO in cruce pendente est edo-
ctus. Nocentiſſimam Tanchelini hæreſin Antver-
piæ tum graſſantem, introductâ è ſais coloniâ, ju-
gulavit. Archiepiſcopus poſt Parthenopoli, quia
in corruptos civitatis mores liberè pro DEO, &
dicebat, & agebat, multorum in ſe odia convertit,
ut jam eſſent qui necem ipſi, ſociis verò exilium
minarentur; ſed eorum inſidias ſemper cæluna-
cluſit; tametiſi NORBERTVS, Servatorem æmula-
tus, obviuſ nonnunquam hoſtibus iverit. MARIAE
cultui ſe ſuoſque æternum devovit; unde è VIR-
GINIS manu veſtem candidam (quâ mores ſuos
tota hæc familia etiamnum monſtrat,) ab Auguſti-
no verò Leges aureis literis exaratas accepiffe
memo-

memoratur. Ita candidatus cum cælum diu ambivisset, anno demum CXXXIV. supra M. obtinuit & in victoriæ signum olivam manu præferre visus est. Nonnemo eundem sub lilii imagine transportari in cælum conspexit. An non gratulari sibi terra tunc potuit, cum flores habuit, quos in sua rosaria transferre Superi amabant? Sed & nunc tales daret, si non ungue infesto invidus cælo heu! mundus præriperet. *Ex Suriô.*

Bona mors iusti propter requiem, melior propter novitatem, optima propter securitatem. E contra mors peccatorum pessima: mala in mundi omissione, peior in carnis separatione, pessima in vermis igni sine contritione. S. Bern. in Epist.

S. ROBERTVS ABB. 7. Iunij.

ROBERTVM alterum D. Bernardi oculum imitandum proponimus, eâ frugalitate virum, ut heluari sibi videretur, si ipsis Paschalibus avenaceum panem butyro adipatum gustasset. Genium ergo suum defraudans, intactum pauperibus remisit. Sed debebatur cælo tam delicatum Apophoretum, tantaque virtute conditum. Angelus sub cætonibus latitans eo donatus est, argumentis aliis pluribus, & illo maxime agnitus, quod discum invisus omnibus in mensam retulit, & paulò post, quasi vicem relatus, læto ROBERTVM nuncio beavit, nomina discipulorum eius albo cæli inserta esse, duos duntaxat eâ felicitate excidisse; ex quibus alterum credibile est eum ipsum fuisse, quem è medio orantium coetu demonis furcâ abstractum, auferri ab eo sportâ aspexit spoliū orco. Aliis globo juvenum immixtum Caradæmonem & singulorum auribus sua venena insusur-